

Si reus possessor appellat a sententia contra eum lata, licet rei perire fructus sequantur, si dissipantur ab eo. AB eo, qui a sententia provocavit, fructus possessionis, si dissipantur ab ipso, possunt lite pendente rationabiliter sequerari.

DE CONFESSIS.

TITULUS XVIII.

I. CLEMENS III. [C. an. 1190. Romae.]

Ad solum dictum contentis crimen proprium, non est alteri infirigenda pena aliqua: infamato tamen est indicenda purgatio.

Utrum Monasterium: Et infra. Eos, quorum suggestione scelus homicidii Presbyter perpetrasset proponit, nisi aliis modis verum esse constiterit, nulli censuram poenae subdendos: cum secundum utriusque juris statuta de se confessi super aliorum conscientis interrogari non debent, & crimine laesae maiestatis excepto, de reatu proprio contentis periculosa confessio non est adversus quemlibet admittenda. Si tamen eos infamia huiusmodi laborare cognoveris, singulis eis, adjunctis tribus locis sui ordinis, purgationem injungas.

II. INNOCENTIUS III. Canonici Bethlehem. [C. an. 1208. Romae in Palestina.]

Si de crimine contingente causam principalem constat contra aliquem per eius confessionem, puniri pena ordinaria, etiam si directe contra eum non agatur. Hoc dicit secundum glossam. Et est casus notabilis & verus in se. Vel summa sic: secundum alium intellectum non minus notabilem, quem etiam sentit glossa licet non perfecte explicet. Si quis confitetur crimen in iudicio incidenter, potest iudex ordinarius, novum inchoando processum, illum punire pena ordinaria. Hoc dicit singulariter Abbas.

Utrum super electione Bethlehem. Ecclesiae inter R. & P. quaevis verteretur: Et infra. Quoniam V. Canonici Bethlehem. fuit in iure confessus, quod pro praestando alterius electioni consensu, quingentorum Saracenorum obligationem receperat, & mediator extitit simoniae pravitatis: Nos, quoniam vitium huiusmodi persequi volumus, ut debemus, ipsum pro definitivam sententiam duximus ab omni beneficio & officio Ecclesiastico deponendum.

III. GREGORIUS IX. B. f. Iudici Vi-terbensi. [C. an. 1232. Romae in Viterbiana.]

Confessio facta in iure per Oeconomum Ecclesiae, nocet ipsi Ecclesiae: potest tamen revocari, si ante finitum negotium doceatur per errorem facti emanasse. Hoc dicit.

EX parte Abbatis & Conventus Monasterii sancti M. fuit propositum, quod cum inter ipsos ex parte una, & V. nomine sua uxoris ex altera coram te quaestio verteretur, Oeconomus Monasterii memorati, quadam pro errore facti fuit in iure confessus, ex quibus timent sibi praedictum generari. Cum igitur negotio nondum finito, nemini noceat error facti, mandamus, quatenus si de huiusmodi potuerit errore docere, provideas, ut nullum tibi super hoc praedictum generetur.

DE PROBATIONIBUS.

TITULUS XIX.

I. GREGORIUS Tancredo Regi Vinctrae. [C. an. 1097. Romae.]

Reus alicui sua propria instrumenta edere non tenetur: ita communiter sumuntur.

EX Epistola verbis: Et infra. Tua excellentia postulat, ut Imperatori scriberem, quatenus facta in chartophylacio requireret, quae dudum inter Iustinianum Principem & praedecessores tuos fuerunt emissa, ut ex his colligeret, quid tibi servare deberet. Sed ad hoc faciendum vehementer obstitit, quia nulli dicendum est, Ea quae contra te sunt, apud te metipsum debes documenta requirere, in mediumque proferre.

II. ALEXANDER III. [C. an. 1176. Romae.]

Ahor, qui plene probavit, non debet compelli jurare.

Sicut a consuetudo laudabilis: [Et infra.] Sane quoniam apud vos consuetudo esse didicimus, ut cum aliquis intentionem suam fundaverit instrumentis aut testibus, ei Sacramentum nihilominus deferatur: quod si fibere nolumus, fides probationibus non habetur. Nos, cum tunc demum ad huiusmodi sit suffragium recurrendum, cum aliae legi-

a In aliquot antiquis tit. de Presbyter, &c. b Vide l. fin. cum gloss. & ibi Bart. in leg. maritur. ff. de quaest. ff. de quaest. al. quia.

a Cap. 1. eod. tit. in 111. Compil. c. Quae hic defuncti reperies sup. c. cum super. de causa poss. & propr.

f Bich.

e In Cod. Barb. ex quibus timent Monachi, sibi &c. in omni manuscr. legitur, timent.

a al. Tancredo, videtur esse Gregorius septim. al. Tataredo Regi Vitogoren. sed legendum est Recaredo. Vulfgothorum ex lib. 7. Epist. 122. f. 126. Reg. B. Gregor. b Cap. 1. eod. tit. in 1. Compil. c. quod.

d Cap. 1. eod. tit. in 111. Compil.

e al. probationibus.

timae probationes deesse noscuntur, talem consuetudinem reprobamus. [Nulla debet novitate convelli, sic quod noscitur moribus introductum, obvia ratione non debet dissolvi.]

III. LUCIUS III. Cistren. f. Episcopo. [C. an. 1181. Romae in Angliam.]

In communi iudicio probant actor & reus: & si pariter probant, reus absolvitur, nisi favorabilem causam doceat actor.

EX literis tuis intelleximus te & Archidiaconum confines habere praebendas in villis, quas singuli singulas possidetis, & praetextu terminorum inter vos controversiam agitari: eod quod dicas eum antiquos fines egressum, partemque tui fundi occupasse: illo in contrarium afferente te partem eandem fundi possidisse, quadraginta annorum spatio inconcuse: tu autem quod per idem tempus quiete illam possederis asseveras: quare utrum incumbat petitori vel possessori probatio, quaesivisti. Ad quod scire debes, quod iudicium finium regundorum tale est, ut in eo utraque persona vices duorum habeat, videlicet actoris & rei. Unde hinc inde testes produci possunt ad cognitionem iudicis instruendam: quibus examinatis, Iudex quos praecellere intellexerit, ad hanc sibi faciendam admittit.

Quod si ambarum partium testes sunt aequi idonei, possessoris testes praferuntur: cum promptiora sint iura ad solvendum, quam ad condemnandum: praeterquam in liberali causa, in qua si utriusque partis testes aequales fuerint, pro libertate sententia proferetur, nam possessori probationem aliquando dari juris manifestum est, cum iure cautum sit, quod qui obijerit praescriptionem longissimi temporis, quam nemo recte obijcit, nisi qui possidet, & eam probaverit, in causa debeat obtinere.

PITH. Cistren. Episcopo. V. C. Sictrensi. alter V. C. Elyensi.

IV. GREGORIUS VIII. Praeposito sancti Cataldi & Archiepiscopo Casae majoris. [C. an. 1187. Romae.]

Non creditur marito asserenti etiam cum juramento uxorem se cognovisse, si uxorem per matronas attestantes, per ipsius corporis aspectum probat contrarium.

Proposuit quod causa Matrimonii, quae inter O. de Casa nova & O. mulierem veritur, tibi fuit de mandato Apostolico delegata. Cumque partes essent in tua praesentia constitutae, mulier proposuit se nec a viro cognitam, nec potuisse cognosci: quod tam proprio juramento, quam testimonio vii. mulierum probavit, quae per aspectum corporis eam esse Virginem asseverant, viro autem per juramentum suum contrarium asserente: [Et infra.] Videtur igitur nobis, quod juramento puellae & testimonio illarum vii. mulierum fides est potius adhibenda. [Vos in negotio procedere nolistis donec de hoc nostrum consilium haberetis.]

PITH. Cataldi. Cataldi. Et O. mulierem. Filium O. de Pisco. Vide Ambrosium lib. 8. Epist. 64. Augustinum de heresi. cap. penult. inf. hoc tit. & cap. penult. de Frigid. 27. quesi. 1. ne aliqua.

V. CLEMENS II. [C. an. 1046. Romae.]

Singulares de universitate possunt ad commodum universitatis reprobare instrumentum salvo consuetum nomine universitatis.

Tertio loco fuit a nobis ita quaesitum: Ecce quidam regularis sigillo Capituli, quoddam instrumentum cuidam amico suo signavit, in quo facta est alienatio quarundam rerum Ecclesiae immobilium continetur. Quo exhibito in iudicio Procurator universitatis illud asseruit de assensu Conventus non fuisse confectum, & adulterinum, vel fictivum esse sigillum. Cumque fratres ad perhibendum testimonium produxisset, jurati dixerunt, quod quoties de hoc inter fratres aliqua erat mentio, consilium totius Conventus, & vox fuit unanimes, quod nolebant alienationem rerum illarum, sed res domus integras conservari volebant. Sed quoniam contra hoc nihil pars adversa probavit, respondemus secundum asserionem team, tantummodo iudicandum.

VI. CLEMENS III. [C. an. 1090. Romae.]

Ubi agitur de matrimonio contrahendo: probato impedimento, & publicatis attestacionibus, alii testes super desectu admittendi non sunt.

Uravit quidam, ut asseris, se quamdam in uxorem legitimum accepit: quae cum velle traducere, quidam juramentis, secundum morem exhibitis, legitime probaverunt ipsos in quinto consanguinitatis gradu sibi invicem attinere.

Quia vero requisiti a nobis, quod agendum sit, cum quidam alius velit probare contra praedictam probationem juramentis canonice factam, & partibus publicatam, nullo modo se consanguinitatis gradu contingere: Respondemus, quod standum est probationi priori.

f al. Hebreus Episcopo. al. simpliciter habetur Lucius III. factus legend. Alexander III. Cistrensi Decano, ut post Concil. Lateran. sub Alexand. III. p. 38. c. 2. habetur c. 2. eod. tit. in 1. Compil. al. ex literis tuae fraternitatis.

h Cap. 2. eod. tit. in 11. Compil. Et ad intellectum huius c. & gloss. hic vide Dominicum Sotum l. 4. q. 1. art. 2. ubi plenè & eleganter. al. testimonii.

l Cap. 3. eod. tit. in 11. Compil.

m Vide text. in l. quo de tota. ff. de rei vendic.

n Cap. 4. eod. tit. in 11. Compil. Et pro intelligentia vide Dominicum Sotum lib. 4. sent. dist. 40. art. 5. Adde Concilium Triden. sess. 24. can. 3. Et in ead. sess. in Decr. de reformatione matrimonii, c. 2.

PITH. Clemens III. Aquitano seu Aquilinari Episcopo.

VII. INNOCENTIUS III. Archidiacon. Parisien. & Magistro R. de Corfen. Canonico Noviom. [C. an. 1208. Romae in Galliam.]

Si per literas Ordinarii probatur quis excommunicatus, a proccratione repellitur. Hoc dicit, & haec summatio contenti textui & titulo, & nullam patitur calumniam, & ideo tam tene.

Cap. 1. eod. tit. in 111. Compil. f. de iudicium.

POST collisionem P. Et infra. Cum igitur per literas iudicis ordinarii, quibus standum est donec probetur contrarium, nobis constiterit, quod VV. erat excommunicatus cum procuracionis officium adsumptum: Ipsum tanquam Procuratorem non duximus admittendum.

PITH. Parisiensis. Albigenis. de Corfen. de Curcon. Noviom. V. C. addit, Parisius commorantibus.

VIII. IDEM Abbati & Conventui Casen. [C. an. 1207. Romae in Latium.]

Si rogatus restituere totam hereditatem, eo sine liberis decedente, inter Monasterium, evanescit fideicommissum, & hereditas applicatur Monasterio; nec ad invalidandum ingressum sufficit probare minorem aetatem tempore ingressus, si ex adverso genuinatus probatur ingressus. Hoc dicit intelligendum, quod substitutio fuit fideicommissaria. Si vero fuit directa, summa sic: Substitutio facta sicut, eo decedente sine liberis, evanescit per ingressum Monasterii: & tunc adde, id quod est in primo sumario ibi, Nec ad invalidandum, &c. utque ad finem, & uterque intellectus est verus in se. Dico tamen, quod primus est verior, quod hic fuit substitutio fideicommissaria; licet d. And. hic dicat, quod fuit compendiosa.

IN praesentia C. sancti Hadriani Diaconi Cardinalis, G. & B. fratres vestro Syndico constituto coram ipso fecere proponi, quod cum quondam A. frater ipsorum conderet testamentum, M. filium suum sibi haereditatem instituit, & praecipit, ut si absque liberis decederet, ad eos bona devolverentur ipsius, unde illa, quae de bonis ipsius vestrum Monasterium detinebat, sibi restitui postulant, & petebant vos super hoc a sua molestatione compelli. Verum Syndicus ipse proposuit ex adverso, quod praedictus M. Monasterio vestro obtulit se sua. Unde universa, quae habuerit, erant ad Monasterium devoluta: quare universa, quae ipsi de bonis eius invaserant, restitui Monasterio vestro petebat, & super ceteris silentium illis imponi. Ad haec autem pars altera replicavit, quod dictus M. oblationis sua tempore, fuerat minor annis, & quod voti facti ponens, quod fervore infirmitatis fecerat, post convalescentiam revocavit: [Et infra.] Unde cum sine liberis decederet, ex testamento patris ad ipsos erat ejus hereditas devoluta.

Verum Syndicus repudiare curavit, quod licet dictus M. de monasterio, fili Abbas, de tua licentia fuisset egressus, eidem postmodum se & sua obtulit humiliter & devote, & quod ne contra oblationem suam veniret, juramento firmavit. Quare cum constet, quod idem M. bis monasterio vestro contulit, se & sua, nec ex adverso probetur, quod utriusque oblationis tempore fuerit minor annis, probationem vestram huiusmodi exceptionis probatio non elidit: cum & si prima oblationis tempore fuerit minor annis, secundum tamen potuit major extitisse. Praeterea cum verbum illud, Minor annis, duobus potuerit modis intelligi: cum & qui minor est quatuordecim annis, & qui viginquaque dici solet minor an. intentioni vestrae verbum dubium non nocebat, cum intra viginquaque annos teneret donatio juramento firmata. Sed & si teneret, quod factum fuerat a dicto A. quae tamen intelligendum non erat sine haerede decedere, qui monasterium sibi haereditatem instituit, hoc monasterium non nocebat: [Et infra.] Dilectus filius B. sancti Eustachii Cardinalis attendens, quod Syndicus vester intentionem suam plenè fundasset, & quod nihil fuisset ex adverso sufficienter probatum, cum & si ostensum esset per testes, quod M. suae oblationis tempore fuerit minor annis: utrum tamen prima vel secunda oblationis tempore de mandato nostro sententiam protulit, & praedictis G. & B. silentium imponens super his quae a monasterio postulabant, eos ad restitutionem illorum, quae de bonis praedicti M. propria temeritate invaserant, condemnavit. Nos igitur sententiam ipsam auctoritate Apostolica confirmamus.

Amato. Vide l. ff. quid. Et l. ff. praedictum. C. de praed. mi.

Verantem ex eo quod M. infra aetatem legitimam in monasterio Raymonarii obtulit se & sua, tamen quia quod inconstanter fecerat, postmodum revocavit, ejus oblatio non tenebat.

Quaeque Cardinalis praedictus ea quae coram ipso proposita fuerant in nostra & fratrum nostrorum praesentia restituit, nos ad consilium d. J. n. b. S. Eustachii Card. de causa meritis pietatis intelleximus.

PITH. Casen. Casa Martii, Verulanensis diaconis, Ordinis Cisterciensis. Vvalling. pag. 51.

IX. IDEM Ariminesi Episcopo. [C. an. 2. al. Raven. 1207. Romae in Umbriam.]

Si actor & reus in interdicho retinende possessionis probant, obtinet is, qui antiquiorem possessionem probat titulo maxime iustificatam, vel meliores probationes respectu possessionis adducit. Hoc dicit not. & probatur factis hoc summariis in verfic. ex praemissis, ponderato verfic. maxime.

LECTA causam, quae vertitur inter Ecclesiam Raven. & Commune Faventiae super iurisdictione, honore, hominibus atque districtu in villa sancti P. & castro Arioli, quod de iure ad se spectare dicta Ecclesia proponebat: [Et infra.] Porro attestacionibus publicatis Syndicus Faventinorum proposuit se velle in personas testium ex parte altera producitur, quaedam obijcere ac probare, Oeconomus Ecclesiae asserente id fieri non debere: super quo interloquendo decrevimus ipsam nullatenus audiendum, cum intra trium mensium spatium in nostris literis comprehensionem testes huiusmodi producere non craverit, intra quem terminum pars utraque testes inducere potuit, tam in personas testium, quam super negotio principali. Post hoc idem obijcit in testes praedictos, quod corrupti falso dixissent. Unde quia talis exceptio non solum ante, sed etiam post sententiam potest opponi, licet nonnulli crederent Faventinorum partem exceptionem huiusmodi pro excogitata malitiam ad impediendum processum negotii obijcisse: quia tamen nolumus a iuris tramite declinare, magistros G. & T. praecipimus, ut testes, quos super hac exceptione Procurator Faventinorum duceret producendos intra mensem, recipere & examinare curarent, de singulis circumstantiis, quibus inquisitio, ex tunc indulto altero mense Procuratori Ecclesiae supradictae, intra quem si velle, ad probationem testium illorum produceret testes coram eis: [Et infra.] Quamquam autem pars Faventinorum testes multos produxerit super negotio principali, vix tamen ex illis sex remanerunt concordēs, cum alii sibi in serie sui testimonii contradicant, & quidam alii sint in dicto sui testimonii singulares. Ad reprobandum vero quosdam testes Ecclesiae Raven. etiam ex parte Faventinorum, quidam sint testes induci, plures tamen illorum reprobantur, qui sibi invicem evidentissime contradicunt. Quidam vero alii, pauci numero, quoniam non reprobentur expressè, utque adeo tamen male fama sunt, & levis opinionis, quod eorum dictis nulla vel modica est fides habenda. Idem quoque testes Faventinorum generaliter repelluntur, quia non probant illud, ad quod probandum eorum Syndicus se adstrinxit, videlicet quod corrupti falsa dixissent: quoniam & si de corruptione videatur aliquid dicere, de falsitate penitus nihil dicunt: [Et infra.] Ex praemissis igitur evidenter apparet, quod Ecclesia per testes numero plures, quibus potius lux veritatis affluit, qui etiam aptiora negotio & vero proximiora in suis testimoniiis expresserunt; sufficienter ostendit, quod a lx. annis & citra cum omni iurisdictione, honore, atque districtu loca supradicta possedit: per quod patet, quod hic Commune Favent. a l. annis citra, licet videntur testes eorum deponere, aliqua servitia in locis perceptorum praedictis, illa proculdubio sine iusto titulo percipere inciperunt: cum duo simul eandem rem, & eodem modo in solidum possidere non possint, maxime cum eadem Faventini iustum possessionis titulum non ostendant, & ex privilegiis Imperatorum & Romanorum Pontificum Ecclesiae Ravenatens. concessis evidentissime colligatur possessionem ipsius Ecclesiae in praedictis locis iustam fuisse. Cum ergo constet Faventin. ab eo tempore, quo se possidere probare contendunt, minus iuste ac sine titulo aliqua in praedictis locis temeritate propria occupasse, & Oeconomus ejusdem Ecclesiae petierit a vi turbativa seu inquietativa super praemissis Commune Favent. prohiberi, Nos recognoscens in hoc casu non sic locum esse interdicho Ut possiditis, ut dicere debeamus; Ut possiditis, ita possideatis; cum probationes Ecclesiae longe sint potiores: & ideo fit in interdicho superior, Commune Faventiae sibi condemnamus, super iurisdictione, & honore, atque districtu, & aliis ad hoc generaliter pertinentibus in locis praedictis, quoad possessorem iudicium, quo tantummodo actum est, ut neque per se, neque per alios super his praesumat Ravenn. Ecclesiam, aut habitatores praedictorum locorum aliquatenus molestare.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil. f. de intellectu vide Ferdinandum Valg. lib. 2. cap. 26. controversiarum q. 1. s. v. quoniam ad de Purpur. conf. 81. col. 1. al. quae. al. producere.

Alia A. Vide l. ubi cumque ff. de inter. ac cum aliis multis. In pluribus antiquis ita: ad reprobationem illorum testes produceret coram eis.

Vide l. Cel. sus. ff. de arb. & ibi Bart. ff. de re iudic.

al. & maxime.

In uno vetustissimo ita: minus iuste, ac sine iusto titulo.

Vide l. fin. C. de fideicom. libert.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil. f. de intellectu vide Ferdinandum Valg. lib. 2. cap. 26. controversiarum q. 1. s. v. quoniam ad de Purpur. conf. 81. col. 1. al. quae. al. producere.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil. f. de intellectu vide Ferdinandum Valg. lib. 2. cap. 26. controversiarum q. 1. s. v. quoniam ad de Purpur. conf. 81. col. 1. al. quae. al. producere.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil. f. de intellectu vide Ferdinandum Valg. lib. 2. cap. 26. controversiarum q. 1. s. v. quoniam ad de Purpur. conf. 81. col. 1. al. quae. al. producere.

Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil. f. de intellectu vide Ferdinandum Valg. lib. 2. cap. 26. controversiarum q. 1. s. v. quoniam ad de Purpur. conf. 81. col. 1. al. quae. al. producere.